



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TRENTO (DIOCESI), *Officium proprium sancti Vigili, martyris gloriosiss. et episcopi Triden. nuper restitutum*, Trento, Giovanni Battista e Giacomo Gelmini, 1584.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op g 1

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/53>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T. d. 193

64736

2 de 11.11

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
2-OP
G
15

K 1122326
D 1122318

K 1122326

D 1122318

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris




K 1122326

D 1122318

Stci
T 0-OP 9 1

1871
1872
1873
1874
1875



OFFICIUM
P R O P R I U M

SANCTI VIGILII,
MARTYRIS GLORIOSISS.

Et Episcopi Triden.



NUPER RESTITVTVM.



T R I D E N T I .

Apud Ioan. Baptistam, & Iacobum Fratres de Gelminis.

Anno Domini, M. D. LXXVIII.

OFFICIALE
P R O T R I V M

SANCTI VINCEN
MARTINI
Benedicti

IN PER RESTITUTAM



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
TORONTO
1827

OFFICIUM

PROPRIVM B. VIGILII,

EPISCOPI TRIDENTINI,
& Martyris gloriosissimi.



Ad Prim. Vesperas. Añã. Sanctus Vigilius. cū Eccle.
reliq. de Laudib. Psal. Dixit dñs. cum reliq. de e. 50.
Dominica. loco vltimo dicitur ps. Laudate do
minum omnes gentes. **Capitulum.**

In diebus iusti manauerunt putei aquarum, &
quasi mare, adimpleti sunt supra modum.

Resp. Deo gratias. **Hymnus.**

Quem tuus digne tibi grex honorem
Luce persoluet bone pastor alma,
Luce, quæ sancte recolenda nobis
Gaudia reddit?

Hac die fulgens tibi porta cœli
Panditur, dum nec lapidum nefandus
Ille te nimbus, neq; mortis atra
Terret imago.

Tu quidem verbo, angelicâq; vita
Traxeras mortis populos ab vmbra;

A Sed

Sed tuo firmasti hodie salutem
Sanguine nobis.

Tu tuos & nunc miseratus audi:
Heu vide, quę nos feriant procellę,
Quę premant culpę: veniam precare.
Et rege fessos.

Præstet hoc nobis deitas beata
Patris, ac nati, pariterq; sancti
Spiritus, cuius canitur per omne
Gloria seclum. Amen.

Verf. Amavit eum dominus, & ornauit eum.

Resp. Stulam glorię induit eum.

Ad Magnificat. Añã.

O præclarum martyrem, cuius doctrina, & me-
ritis populus Tridentinus fidem sanctissimę
Trinitatis suscepit.

Oratio.

Deus, qui hunc diem nobis Beati Vigilij
martyris tui atq; pontificis sanguine con-
secrasti, da quęsumus, vt eius meritis ab om-
nibus semper aduersis defensi, æternę vitę pre-
mia consequamur. Per dominum nostrũ &c.

Ad Matutinum. Inuitatorium.

Regem martyrum dominum, qui beatum Vi-
gilium supernis hodie sociauit choris. Venite
adoremus. **Psal.** Venite exultemus. **Hym.**

I nui-

In uicte martyr, supplices
Te deprecamur, annua
Benignus atq; prosperus
Sume tuorum munera.

Si nullus olim te labor,
Nec dura mors deterruit,
Dum creditas oues tibi
Lupo eripis teterrimo;

Tu nunc, adepta laurea,
Dulciq; lætus patria,
Quanto tuum libentius
Fidum gregem tutaberis?

Deo patri fit gloria,
Eiusq; soli filio,
Cum spiritu paraclito
Nunc & per omne seculum. Amen.

In primo nocturno.

Añã. Beatus Vigilus uerbi diuini pabulum, in
lucrum animarum indefinenter distribuit. *ps.*
Beatus uir. *ut in communi uisus martyris.*

Añã. Cæcos, & mutos, atq; à dæmonibus ob-
fessos crucis signo statim liberauit. *ps.* Quare
fremuerunt. **Añã.** O quam multos ab immo-
lationibus impijs ad puritatem christianæ fidei
perduxit. *ps.* Domine quid.

Verf. Gloria & honore coronasti eum Domine.

Resp. Et constituisti eum super opera manuum
tuarum. **Pater noster.** **Absol.** Exaudi domine.

Verf. Iube domine. **Bened.** Beneperpetua.

In primo noct. tres lectiones. A Mileto autem,
de communi unius martyris. **Leet. i. Respon.**

Sanctus Vigilius, summa eruditione à Deo do-
natus, inuenta diaboli lōge lateq; demolitus est.

• Et cū martyrij palma ad cęlestia regna puenit.

Verf. Gratia & virtute superna solidatus, vicit
mundum. Et cum martyrij. **Benedict.**

Vnigenitus Dei. **Leet. ii. Respon.**

Magnus Christi sacerdos, Vigilius nouale Do-
minicum egregiè coluit, & amplificauit.

• Et ideo florebit in æternum ante Deum.

Verf. Iste est qui pro euangelij prædicatione
contempsit vitam mundi. Et ideo. **Benedict.**

Spiritus sancti gratia. **Leet. iij. Respon.**

Hic totus ad superna conuersus, beatitudinem
illic quæsiuit, & inuenit. • Fundatus enim erat

supra firmam petram. **Verf.** Voluptates omnes,
& terrena omnia, uti res vilissimas, contempsit.

Fundatus enim. **Gloria patri.** Fundatus enim.

In secundo noct. An̄a. Diuina præuentus gra-
tia, prædicationem suam vita integerrima, &

signo-

signorum efficacia confirmabat. **Pfal.** Cum inuocarem. **Añā.** Deiecta sunt passim dæmonum simulacra, & crucis vexillum apparuit. **ps.** Verba mea. **Añā.** Sicut fortis ad bellum, ita sacerdos festinabat ad martyrium. **ps.** Domine, Dominus noster. **Verf.** Posuisti Domine super caput eius. **Resp.** Coronā de lapide precioso. **Pater noster.** **Abfol.** Ipsius pietas. **Verf.** Iube domne. **Benedict.** Deus pater omnipotens.

Lectio iiii.

Vigilius, Romæ claro genere ortus, anno trecentesimo octogesimo tertio vnā cum Claudio, & Maioriano fratribus, & matre Maxentia Tridentum venit; vbi, paulò post defuncto Asterio, annos natus viginti propter eximias virtutes ei Episcopus suffectus est. Quo munere suscepto, primùm ciuitatem erroribus hæreticorum, qui tunc late vigebant, assidua verbi Dei prædicatione, & vigilantia purgavit. Deinde in pagos egressus, quorum pars magna adhuc imaginibus deorum sacrificabat, non segnus illos quoq; docendo, & monendo adduxit, vt saluari Baptismo expiarentur. Diuina enim præuentus gratia, prædicationem suam vita integerrima, miraculorumq; efficacia confirmabat.

firmabat. Crucis etenim signaculo, & Christi nomine inuocato, cæcos, ac mutos, & à Dæmonibus obsessos continuò liberabat. **Resp.** Vigilij sanctitas, & doctrina sic eluxit, vt annos natus viginti ad Episcopatû deposceretur. * Propterea Deus posuit super caput eius coronam de lapide pretioso. **Verf.** Pugnavit aduersus gentium, & hæreticorum errores. Propterea. **Benedict.** Christus perpetuæ. **Leitio v.**

Cum autem in agro quoq; Veronensi, & Brixiano profani adhuc Dæmonum cultus, ad quos eijciendos proprij Episcopi nō audebant egredi, retinerentur; impavidus illuc vir sanctus accessit, & prædicationis vi incolas, sancto spiritu cooperâte, nefandos ritus abijcere coegit, atq; illic plus triginta fundauit Ecclesias. Ad suos reuersus, secum duxit Sisinium, Martyrium, & Alexandrum, sanctitate, & doctrina præcipuos. Qui ab eo postea ad prædicandum missi, cum plurimos Annaniæ populos ad Christi fidem conuertissent, repente ab indigenis cōpræhensi, & diris modis excruciat, coronam martyrij consequi meruerunt. Eò Vigilius, nulla interposita mora, cucurrit, vt perditas oues domino quamprimû vel proprio sanguine recuperaret; **Neq;**

Neq; ei diuinum auxilium defuit, quandoquidem circumfufos liberè increpans, atq; ad faniora confilia vehementi oratione inftituens, fubito ad penitentiam verfos ab immolationibus impijs ad Chriftianæ fidei veritatem perduxit; atq; deiectis paffim Dæmonum delubris, crucis vexillum fublime in tota valle apparuit. **Refp.** Beatus Vigilius ex agris Veronenfi, & Brixiano dæmonum cultus eiecit, plurimasq; illic fundauit Ecclefias. * Et ideo dedit illi Deus claritatē æternam. **Verf.** In valle Annaniæ perditas oues Domino lucrificet. Et ideo dedit. **Benedict.** Ignem fui amoris.

Lectio vj.

Sola reftabat Randena vallis, quæ reliquo gregi coniungeretur: Ergo fânctus Epifcopus, vt ne hanc quoque partem negligeret, illuc celeriter contendit. Cumq; in ripa Sarcæ fluminis æreū Saturni fimulacrum, quod incolæ priſca ſuperſtitione frequentes venerabantur; conſpexiſſet, extulit oculos, & manus in cælum, & dixit: Gratias tibi ago Chriſte, quod me dignum feciſti, vt hodie, quod tam diu deſideraui, tandem inuenirem. Tum, Spiritu ſancto repletus, prorupit in medios, & idolū illud in Chriſti nomine percuffit, mirabiliterq; conſractum proiecit in
pro-

profluentem . Cumq; , marmorea deinde statuæ basi conscensa, salutiferam prædicationem, feruens spiritu, exorsus fuisset, illi, ira inflammati, vndiq; conuolarunt, & coniecto in eum lapidum imbre densissimo, inuictus martyr inter crepitantes ictus conspersum sanguine vultum in cœlum attollens, ad superna præmia lætus migrauit sexto kalen. Iulij, anno ætatis suæ quadragesimo, Episcopus vigesimo . Cuius sanctum corpus, magno populi comitatu, multis cum lacrymis Tridentum delatum, ibi in basilica, à se erecta, honorificè sepultū est. *Resp.* Sanctus Vigilus prorupit in medium, & disiecta Diaboli imagine, ad martyrij palmam, quā diū desiderauerat, peruenit. * Et voluntate labiorum eius non fraudauit illum Deus. *Verf.* Inter crepitantes ictus salutem animarū quæsiuit. Et voluntate. *Gloria patri.* Et voluntate.

In tertio noct. Añā. In catholica fide firmam, & vnanimā ciuitatē exhibui. *ps.* In dño cōfido.

Añā. Durā agricolarum corda prædicationis virtute ad Christum dominum inflexi. *ps.* Dñe quis habitabit.

Añā. Pauci temporis ærumnis emi, nunquam desitura, gaudia. *ps.* Domine in virtute tua.

Verf. Magna est gloria eius in salutare

lutari tuo. *Resp.* Gloriam & decorē impones
super eum. *Pater noster.* *Absolut.* A vincu-
lis. *Verf.* Iube domne. *Benedict.* Euangelica
lectio. *Lectio vij.*

Lectio S. Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: *c. 16.*
Si quis vult venire post me, abneget semet-
ipsum, & tollat crucem suam; & sequatur me.
Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ:

QVia Dominus, ac redemptor noster, nouus *HOM.*
homo venit in mundum; noua præce- *32.*
pta dedit mundo. Vitæ etenim nostræ veteri, in
vitijs enutritæ, contrarietatem opposuit noui-
tatis suæ. Quid enim vetus, quid carnalis ho-
mo nouerat, nisi sua retinere, aliena rapere, si
posset, concupiscere, si non posset? sed cęlestis
medicus singulis quibusq; vitijs obuiantia ad-
hibet medicamenta. Nam, sicut arte medici-
næ calida frigidis, frigida calidis curantur; ita
Dominus noster contraria opposuit medicamē
ta peccatis; vt lubricis continentiam, tenacib⁹
largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis
præciperet humilitatem. *Resp.* Lapidum pro-
cella petitus, te Deum non negaui. * Et in ip-

fo mortis agone Dominum Iesum Christum
confessus sum. **Verf.** Ad efferatos accedere nō
timui. Et in ipso. **Benedict.** Cuius festū colim⁹.

Lectio viii.

Certè cum se sequentibus noua mandata pro-
poneret, dixit: Nisi quis renunciauerit omni-
bus, quæ possidet, non potest meus esse discipu-
lus. ac si apertè dicat: Qui per vitam veterem
aliena concupiscitis, per nouæ conuersationis
studium, & vestra largimini. Quid verò in hac
lectione dicat, audiamus: Qui vult venire post
me, abneget semetipsum. ibi dicitur, vt abne-
gemus nostra: hic dicitur, vt abnegemus nos:
& fortasse laboriosum non est homini relinque-
re sua, sed valde laboriosum est relinquere se-
metipsum. Minus quippe est abnegare, quod
habet: valde aut multū est, abnegare quod est.

Resp. Iste est prædicator veritatis acerrimus,
qui oues errantes ad fidelem reduxit gregem.
▪ Beate Vigilij, martyr Christi, intercede pro
nobis. **Verf.** Iste est, per quem tot populi co-
gnouerunt gratiam Dei. Beate Vigilij. **G**loria
patri. Beate Vigilij. **Benedict.** Ad societatem.

Lectio ix.

Ad se autem nobis venientibus Dominus præ-
cepit,

cepit, vt renunciemus nostris: quia, qui ad fi-
dei agonem venimus, luctamen contra mali-
gnos spiritus sumimus: Nihil auté maligni spi-
ritus in hoc mundo proprium possident: nudi
ergo cum nudis luctari debemus: Nam si vesti-
tus quisquam cum nudo luctatur, citius ad ter-
ram deijcitur, quia habet vnde teneatur. Quid
enim sunt terrena omnia, nisi quædam corpo-
ris indumenta? Qui ergo contra diabolum ad
certamen properat, vestimenta abijciat, ne suc-
cumbat. **Te deum.**

Ad Laudes & per horas.

Añã. Sanctus Vigilius, vigil sacerdos, dies &
noctes ad Christi ouile vigilauit, nec inde lupos
expellere cessauit. **Plal.** Dominus regnavit.

cum reliquis de Dominica. **Añã.** Beatus Vigi-
lius confessus est nomen Domini Iesu Christi,
& pro illo mori non dubitauit. **Añã.** In memo-
ria æterna erit iustus Vigilius, quoniam Domi-
num fidelis minister secutus est. **Añã.** Honori-
ficauit eum Deus, & collocauit cum principib⁹

populi sui. **Añã.** Gratias tibi ago Christe, quia
me dignum fecisti, vt, quod diu desiderauí, iam
inuenirem. **Capitul.** In diebus iusti. **vt iup. &**

Hymnus Quem tuus digne.

Verf. Iustus vt palma florebit .

Resp. Sicut cedrus libani multiplicabitur .

Ad Benedictus . Añā.

Solennis nobis illuxit dies , in quo sacer Antistes , & martyr Vigilus , multis in terris pollens miraculis , angelorum in cælis meruit consortiū .

Oratio. Deus qui , vt supra :

Ad Tertiam .

Añā. Beatus Vigilus . **Capit.** In diebus iusti .
vt sup. **Resp. breue.** Gloria & honore , *
Coronasti eum domine . **Verf.** Et constituisti eum
super opera manuum tuarum . Coronasti .

Gloria patri. Gloria & honore .

Verf. Posuisti domine super caput eius .

Resp. Coronam de lapide pretioso .

Ad Sextam .

Añā. In memoria æterna . **Capit.**

Curauit gentem suam , & liberauit illam à perditione , præualuit amplificare ciuitatem , adeptus est gloriam conuersionis gentis suæ .

Resp. bre. Posuisti domine , * Super caput eius .

Verf. Coronam de lapide pretioso . Super .

Gloria . Posuisti . **Verf.** Magna est gloria eius in salutari tuo . **Resp.** Gloriam & magnum decorem impones super eum .

Ad

Ad Nonam.

Añā. Gratias tibi ago.

Capit.

Amplificatus est, quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena, in diebus suis luxit, & sicut sol, refulsit in templo dei.

Resp. breue. Magna est gloria eius. * In salutaris tuo. Magna. **Vers.** Gloriam & magnum decorem impones super eum. In salutaris. **G**loria. Magna est. **Vers.** Iustus vt palma florebit.

Resp. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

In secundis Vesperis.

Añā. Vigilius cōfessus est. cū reliq. de Lau. vt s.

Psal. Dixit dominus. cum reliq. & loco vltimo dicitur. **ps.** Credidi. **Capit.**

In diebus iusti. **Hymnus.** Quem tuus digne.

Vers. Iustus vt palma florebit.

Resp. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Ad Magnificat. **Añā.**

Hodie præclarus Christi martyr, & Pontifex Vigilius Ecclesiam suam proprio sanguine decoravit. hodie in coelum cum angelicis laudibus susceptus, coronatus est. exultemus, & collemur, & gloriosum hunc diem condigno obsequio celebremus, Alleluiah, alleluiah, allel.

Oratio. Deus qui. vt supra.

¶ **Infra**

¶ Infra Octauam S. Vigilij fit tantum commemoratio de eo, in officio octauæ S. Ioannis Baptistæ, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli; in quorum festo nihil fit de oct. S. Vigilij, sicut nec de oct. Sancti Ioannis.

¶ In die octaua S. Vigilij fit de ea: & omnia dicuntur sicut in die: exceptis lectionibus quarum tres, primi noct. dicuntur de scriptura occurrente in officio de tempore in Breuiario: alia tres secundi noct. de sermone S. Augustini. **Triumphalis beati martyris, vt in cōmuni vnus martyris. postremæ tres lect. tertij noct. de hom. S. Gregorij Papæ, in euang. Si quis vult venire post me. vt infra. & fit commē. oct. Apostol.**

Lectio vij.

Lectio S. Euangelij secundum Matthæum.

616. **I**N illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suā; & sequatur me. Et rel.

De Homilia S. Gregorij Papæ.

Qui ergo contra Diabolum ad certamen properat, vestimenta abijciat, ne succumbat; nihil in hoc mundo amādo possideat; nullas rerum labentium delectationes requirat; ne, vnde ad vitam tegitur, ad occasum inde tenetur.

neatur. Nec tamen sufficit nostra relinquere,
nisi relinquamus & nos. Quid est, quod dici-
mus, relinquamus & nos? Si enim nosmetip-
sos relinquimus, quo ibimus extra nos? vel quis
est, qui vadit, si se deseruit? Sed aliud sumus
per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi;
aliud quod fecimus, aliud quod facti sumus.
Relinquamus nosmetipsos, quales peccando
nos fecimus, & maneamus nosmetipsi, quales
per gratiam facti sumus.

Lectio viij.

Ecce enim, qui superbus fuit, si conuersus ad
Christum humilis factus est, semetipsum reli-
quit: Si luxuriosus quisq; ad continentiam vitā
mutauit, abnegauit vtiq; quod fuit: Si auarus
quisq; ambire iam desijt; & largiri didicit pro-
pria, qui aliena prius rapiebat, proculdubio se-
metipsum reliquit. Ipse quidem est per natu-
ram, sed non est ipse per malitiam. Hinc enim
scriptum est, verte impios, & non erunt. Con-
uersi namq; impij non erunt, non quia non erūt
omnino in essentia, sed scilicet non erunt in im-
pietatis culpa. Tunc ergo nosmetipsos relin-
quimus, tunc nos ipsos abnegamus, cum vita-
mus, quod per vetustatem fuimus, & ad hoc
nitimur, ad quod per nouitatem vocamur.

Lectio ii.

Pensemus, quomodo se Paulus abnegauerat, qui dicebat, uiuo autem iam non ego; extinctus quippe fuerat saeuus ille persecutor, & uiuere ceperat pius praedicator: Si enim ipse esset, pius profecto non esset: sed, qui se uiuere denegat, dicat, vnde est, quod sancta verba per doctrinam veritatis clamat; protinus subdit, uiuit verò in me Christus. Ac si aperte dicat, ego quidem à memetipso extinctus sum, quia carnaliter non uiuo, sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia in Christo spiritualiter uiuo. Dicit ergo veritas, Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, Quia nisi quis à semetipso deficiat, ad eum, qui super ipsum est, non appropinquat, nec valet apprehendere, quod ultra ipsum est, si nescierit mactare, quod est.



S. MAXENTIAE VIDUÆ, MATRIS
Sancti Vigiliij.

Officium fit duplex, vt in communi de Sancta
nec virgine, nec martyre, tempore
Pachali addito: Alleluia.

AD PRIMAS VESPERAS.

Añã Dum esset rex. cū reliq. de Laud. Psalmi.
*E*xit dñs. Laudate pueri. lætatus sum. Nisi
dominus. Lauda Hierusalem. *Capitulum.*

Mulierem fortē quis inueniet? procul & de
vltimis finibus pretium eius: cōfidit in ea
cor viri sui, & spolijs non indigebit.

Hymnus. Huius obtentu.

Verſ. Specie tua, & pulchritudine tua. Alleluia.

Reſp. Intēde prospere procede & regna. Allel.

Ad Magnificat. Añã. Hęc vidua prudens spe-
rans in Deū, orationibus die nocteq; instabat:
Alleluia, Alleluia. *Oratio.*

Deus qui nobis solennem hunc diem, in ho-
nore beatæ Maxentię celebrandum, con-
cedis; fac nos pia eius intercessione ita mandatis
tuis inferuire. vt post hanc vitam gaudijs tecum
perfruemur æternis. Per dñm nostrū Iesum.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Laudemus Deum nostrum, in cōfessione beatę

C Ma-

Maxentia. Alleluia. **Psal.** Venite exultemus.
Hymnus. Huius obtentu.

In primo noct. Ant. O quam pulchra est casta
generatio cum claritate. Alleluia. **Psalmi,** Do-
mine dñs noster. **C**æli enarrant. **D**omini est
terra. sicq; sub prima Antiphona cuiuslibet no-
cturni omnes tres psalmi dicuntur.

Vers. Specie tua, & pulchritudine tua, alleluia.

Resp. Intende prospere procede, & regna, allel.

Tres primelūones dñi, de parabolis Salomonis.

Mulierem fortem. **vt in cōi nec virg. nec marty.**

Resp. i. Diffusa est gratia in labijs tuis. Propte-
rea benedixit te Deus in æternū. alleluia, allel.

Vers. Specie tua, & pulchritudine tua, intende
pro sperè, procede, & regna. Propterea bñdixit.

Resp. ij. Specie tua, & pulchritudine tua: Intē-
de pro sperè, procede, & regna, alleluia, alleluia.

Vers. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea
benedixit te Deus in æternum. Intende.

Resp. iij. Propter veritatem, & mansuetudinem,
& iustitiam: Et deducet te mirabiliter dextera

tua: alleluia, allel. **Vers.** Specie tua, & pulchri-
tudine tua, intende prosperè, procede, & regna.

Et deducet te. **G**loria patri. Et deducet te.

In Secundo noct. Ant. Specie tua, & pulchritu-
dine

dine tua, intende prosperè, procede, & regna:
alleluia. **Psalmi.** Eructauit cor meum. **D**eus
noster refugium. **Magnus dominus.**

Vers. Adiuuabit eam Deus vultu suo. alleluia.

Resp. Deus in medio eius non commouebitur.
alleluia. **Lectio iij.**

Vt beatus Vigilius gubernaculum Tridentinæ
Ecclesiæ suscepit, Maxentia quo minore impe-
dimento seruire posset Deo, secessit in pagum,
cui Maiano nomen est non longè à lacu Tobli-
no situm. Ibi sancta mulier constructa sibi do-
mo, reliquum vitæ tempus ieiunijs, orationibus,
atque operibus misericordiæ cum traduxisset,
præter hæc, clara etiam miraculis, pridie kal.
Maij ad cœlestem patriam vocata est. Quo in
loco fideles condito sancto corpore, facellum
desuper extruxere, quod adhuc seruat illius no-
men. Sed Tridentum postea sanctæ reliquiæ ab
Altimano Episcopo translatae sunt, & in basili-
ca S. Vigiliij reconditæ. **Resp.** Dilexisti iustitiã
& odisti iniquitatem. Propterea vnxit te Deus
Deus tuus oleo lætitiæ. alleluia, alleluia.

Vers. Propter veritatem, & mansuetudinem, &
iustitiam. Propterea. **Lectio v.**

Iam quæ satis lingua, aut pagina prudentiam,

sanctitatem, fortitudinem Maxentiae explicabit
Illa quidem Romano genere clara, proprio par-
tu clarior, sed virtutibus clarissima est. Viri de-
stituta praesidio, domum senili grauitate rexit:
Viduitate pertinaci castitatis proposito exegit:
Natorum optimam indolem in timore Dei, &
christiana pietate educauit: Iidem vt instrue-
rent disciplinis honestis, curauit diligentissime.

Ref. Fallax gratia, & vana est pulchritudo, Mu-
lier timens Deum, ipsa laudabitur: alleluia, allel.

Vers. Date ei de fructu manuum suarum, & laudet
eam in portis opera eius. **Mulier. Lectio vj.**

Non illam sexus imbecillitas, non dulcedo pa-
triae, non longinquitas viarum detinuit, quominus
charissimos filios, ad propagandum Christi fide
proficiscentes, Tridentinas usque in Alpes seque-
retur. Denique in omni actione sua nihil aliud stu-
duit, nisi vt Christo domino, quem tota mente acce-
perat, vnicum placeret: qui nunc fidei sponsae re-
tribuit coronam, quam praeparauit in aeternum.

Resp. Veni electa mea, & ponam in te thronum
meum: Quia concupiuit rex speciem tuam, allel.
alleluia. **Vers.** Specie tua, & pulchritudine tua,
intende prosperum, procede, & regna. Quia con-
cupiuit. **Gloria patri.** Quia concupiuit.

In tertio no. Añ. 1. Nigra sum sed formosa, filie Hierusalem: ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum: alleluia. **Pfal. C.** antate dño. **j.** **D**ñs regnavit exultet. **C.** antate dño. **ij.**

Verf. Elegit eam Deus, & prælegit eam. allel.

Ref. In tabernaculo suo habitare facit eã. allel.

Homilia S. Gregorij Papæ, super Euangelium.

Simile est regnũ cœlorum thesauro abscondito in agro. **de cõi nec virginum nec martyrum.**

Resp. vij. Pulchra facie, sed pulchrior fide beata es Maxentia respuens mundum lætaberis cum angelis: Intercede pro oĩbus nobis allel. allel.

Verf. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Intercede.

Resp. viij. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem domini mei Iesu Christi: Quem vidi, quem amari, in quẽ credidi, quem dilexi, alleluia, alleluia.

Verf. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Quem vidi. **G**loria patri. Quem vidi.

Ad Laudes, & per horas. Añ. 1. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorẽ suavitatis. allel. **ps. D**ominus regn. **cũ reliq. de Dñica.**

Añ. 1. In odorem vnguentorum tuorũ currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis. alleluia.

Añā. Iam hiems transijt, imber abiit, & recessit, surge amica mea & veni. alleluia.

Añā. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. alleluia. **Añā.** Ista est speciosa inter filias Hierusalem. alleluia. **Capit.** Mulierē fortē.

Hymnus. Huius obtentu.

Verf. Diffusa est gratia in labijs tuis. alleluia.

Ref. Propterea bñdixit te deus in æternū. allel.

Ad Benedictus, Añā. Condigno honore beata Maxentia venit celebranda, quæ prudenter domum suā rexit, & filios domino in fide & charitate educavit. alleluia. **Oratio.** vt supra.

¶ Ad Horas, vt in cōmuni, præter orationem in secūdis Vesp. omnia vt in primis: sed à capit. fit de Apostolis Philippo, & Iacobo: cū cōme. S. Maxentia, vt sequen. Añā.

Maxentia non in delicijs viuere, sed in bonis operibus fidei testimonium habere studens, verè viduitatis præbuit exemplum. alleluia.

Verf. Diffusa est gratia in labijs tuis, alleluia.

Ref. Propterea bñdixit te deus in æternū. allel.

Oremus. **Oratio.** Deus qui nobis. vt supra.

¶ Suffragia siue cōm. ppriæ de patrono & sc̄tis Eccl. cathedralis Tridenti: ad Vesp. & Laudes in dñicis, serijs, & festis: nisi officium sit duplex, vel infra octa. vt in rubricis gñalibus Breviatij.

De S. Vigilio: ad Vesp. Añā. Ora p nobis beatē
Vigili, vt digni efficiamur promissionib. Chri.
Vers. Posuisti domine, super caput eius.

Resp. Coronam de lapide precioſo. *Oratio.*

Lætetur Ecclesia tua Deus beati Vigiliij mar-
tyris atq; pontificis confisa suffragijs, atq;
eius ꝑcibus & dūota ꝑmaneat, & ſecura cōſiſtat.

De Sancta Maxentia: Añā. Leua eius sub capite
meo, & dextera illius amplexabitur me.

Vers. Diffusa est gratia in labijs tuis.

Ref. Propterea bñdixit te deus in æternū. *Oſo.*

Sanctæ Maxentiæ dñe interceſſio glorioſa cō-
ferat nobis piæ dilectionis augmentum: quæ
in tui nominis conſeſſione perſeuerans meruit
inter choros angelorum coronari.

De Sanctis marty. Hermagora & Fortunato:

Añā. Gaudent in cœlis animæ Sanctorum qui
Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: & q̄a pro eius amo-
re ſanguinem ſuum tuderunt ideo cum Chriſto
exultāt ſine fine. *Vers.* Exultabūt ſcti in gloria.

Resp. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

*Quando vero predicta añā dicitur in Vesperis
de alijs martyribus tunc dicatur infraſcripta.*

Añā. Iſtorum eſt enim regnū cœlorū, qui con-
tempſerunt vitā mundi, & peruenerunt ad ꝑmia
regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.

Vers. Lætamini in domino, & exultate iusti.

Ref. Et gloriamini omnes recti corde. **Oratio.**

Interuenientibus pro nobis sc̄tis martyribus
tuis Hermagora, & Fortunato, ecclesiæ tuæ
quesumus domine voces placatus admitte; vt
destruētis aduersitatibus, & erroribus vniuer-
sis, secura tibi seruiat libertate.

¶ **Ad Matutinum. De S. Vigilio. Añã.** Christe
gratias ago tibi. quia, qđ à te desiderabā, inueni.

Vers. Ora pro nobis beate Vigiliij.

Ref. Vt digni efficiamur promissionibus Ch̄i.

Oratio. Lætetur ecclesia tua. *vt supra.*

De S. Maxentia. Añã. Simile est regnū cœlorum
homini negociatori quærenti bonas margari-
tas: inuenta autem vna pretiosa dedit omnia
sua, & comparauit eam.

Vers. Specie tua, & pulchritudine tua.

Resp. Intende prosperè, procede, & regna.

¶ *Quando vero prædicta añã, d̄r̄ in matutino de
alia sancta, tunc dicatur añã.* Veni sponsa Ch̄i.

Oratio. Sanctæ Maxentiæ. *vt supra.*

¶ **De sanctis marty. Hermagora, & Fortunato.**

Añã. Tradiderunt corpora sua propter Deū ad
supplicia & meruerūt habere coronas ppetuas.

Vers. Exultent iusti in conspectu Dei.


Ref. Et delectent̄ in lætitia. **Ofo. Interuen.** **VES.**

FINIS.




P/ 6030











BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. g
1

OFFICIUM
P R O P R I U M

II,

M.



ctminis.
l.